



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 6. Franciæ Delphinus Mariæ Stuartæ Scotiæ Reginæ desponsatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

brabatur, interfuit, Deoque gratias de  
Caleto feliciter capto egit: Verum prius-  
quam Henricus eo contenderet, pro  
tribunali sedebat, ubi pleraque edicta, ac  
constitutiones, quæ ad civilem admi-  
nistrationem pertinebant, & jam abo-  
leverant, renovatæ, ac denuo promul-  
gatæ sunt: inde autem Caletum paucis  
post diebus profectus est, ubi examina-  
to loci situ ex Belliducum suorum con-  
silio urbem munire statuit, ac ipse met  
unacum Delphino, qui eum comitaba-  
tur, triumphantium more civitatem in-  
gressus est, Pauloque Thermo illius  
gubernationem commisit: ipse vero di-  
missa exercitus sui parte reliquam ad  
hyberna deduci jussit. Postea Niver-  
nius Dux in Campaniam reverfus præ-  
sidiariorum Præfectis, ut suas legiones  
paratas haberent, præcipit, ac ipse in-  
eunte Mense Februario Ivodium venit,  
ubi Senatu habito Herbemontium ca-  
stellum in Arduenna Sylva situm obsi-  
dere decernebat, quod etiam postea  
captum est.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1558.

### §. VI.

*Franciæ Delphinus Maricæ Stuartæ  
Scotiæ Reginæ desponsatus.*

Postquam Rex victor redierat, unice *Thuan. hist.*  
curas eo intendit, ut inter Delphi- *l. 20. n. 6.*  
num Filium suum, & Mariam Stuartam *Belt. l. 28.*  
*n. 10.*

A 5 Scoto-

Sæc. XVI  
A.C. 1558.

Burnet hist.  
de la Ref.  
l.2. tom. 2.  
p. 528.

Scotorum Reginam, & Jacobi V, ac Mariæ Guisiorum Principum fororis filiam matrimonium conciliaret, nec irrito sene successu; quippe die vigesima quarta Aprilis nuptiæ cum ingenti pompa fuere celebratæ, eademque die Gui-sius Dux, ut magni palatii Magistri officio, quod Connestabilis Momorantius captivus obtinebat, fungeretur, a Rege impetravit.

Peractis nuptiis Glascuensis Archi-episcopus Scotiæ Primas, ceterique hu-jus Regni Legati in concilium vocaban-tur, ubi Bertrandus Scotiæ Procancellarius paucis verbis, quanta utilitas ex hoc connubio in Franciam æque, ac Sco-tiam redundaret, exponebat, moxque Legatos his verbis alloquebatur: omni-no decentiæ leges petunt, ut Delphi-no corona, ceteraque Regni insignia tra-dantur, simulque Reginæ Maritus Sco-torum Rex proclametur: cum autem Le-gati nihil sibi de iis rebus injunctum respondissent, rursus ille inquit: „non „aliud in præsentiarum a vobis peto, „quam id, quod in vestro positum est arbi-trio, ut scilicet, cum hac de re in pu-blico Concilio disceptabitur, honorem; „qui juste petitur, suffragiis vestris com-probetis, idque vos facturos chirogra-pho vestro confirmetis.,, Ad ea rur-sus responderunt legati; quod id sibi per-lega-

legationis intra præscriptas metas con- Sæcul. XVI.  
A.C. 1558.  
tractæ leges non liceret. Percepto Le-  
gatorum responso, ac repulsa dimitteban-  
tur, qui quantumvis ad suos redire fe-  
stinarent, antequam e Galliis pedem ef-  
ferrent, quatuor ex suis morte subla-  
tos amisere, iique erant Orcadensis Epis-  
copus, Cassiliæ, & Angusiæ comites,  
ac Flaminius familiæ suæ Princeps, o-  
mnes summa virtute, & in patriam  
charitate insignes. Insuper mortui sunt  
plerique eorum comites non sine suspi-  
cione veneni, uti jactabatur, propinati.

## §. VII.

*Titulus Regis Delphino a Scotis  
concessus.*

Post hæc ceteri Legati, Glascuenfis Ar-  
chiepiscopus, Bathonæ Comes, ac Thuan. l. 20.  
n. 609.  
duo alii, cum in Scotiam reversi essent,  
Ordinum comitia ingressi facile obtine-  
bant, ut ab eis gesta rata haberentur:  
Cum autem Galliarum Rex Delphino  
Regis titulum attribui peteret, Franciæ  
Orator æque, ac Regni Administratrix  
hanc rem tam potenter urgebant, ut  
nonnullis etiam vehementissime oblu-  
ctantibus Gallicæ partis fautores, quo-  
rum major erat numerus, impetra-  
rent, ut corona Delphino decerneretur.  
Re decisa quidam, qui eam ad Delphi-  
num deferrent, feligebantur, iique erant  
Gile-